614

debitus certi veri et liquidi debiti mutuatae pecuniae Summam Ducentorum
Florenorum numeri et Monetae Polonicae quemlibet Florenum per triginta grossos computando
Quam quidem Summam idem ipse recognoscens de Omnibus bonis suis Mobilibus
et Immobilibus possessionalem suam ad id de certis bonis onerando submittit et
inscribit eidem Magnifico Capitaneo seu ipsius successoribus hinc pro feria secunda
post festum Nativitatis Christi Domini proxime futura parata pecunia re-
aliter et effective reddere et persolvere sub vadio simili alterius Ducen-
torum Florenorum Polonicalium in defectu solutionis tempore praefixo ad solvendum
succumbendo Et Coram officio Capitaneali Bransciensi in primo Citationis Termino
peremptoria responsione ac satisfactione Omnibus Controversiis exceptio-
nibus allegationibus evasionibus dilationibus quibusvis appellationibus ad earum
prosequutionibus aliisque in Universum iuris remediis et defensis ac quo-
libus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores abdicat

Srzednica Intromissio

Ministerialis Regni Generalis Providus Joannes Slawczewski una cum Nobilibus duobus
Mathia ... et Joanne Lepietowski Coram officio praesenti personaliter stans publice
recognovit Quia feria sexta post Dominicam Conductus Paschae proxime praeteritam
condescendendo ad bona Srzednica ibidem Nobilem Valentinum olim Nicolai
Srzednicki in Aream sex sulcorum in bonis Srzednica sitam incipiendo a pa-
riete ad Glinki tendentem inter metas Nobilis Alberti Srzednicki et eiusdem Nobilis
Valentini iacentem eidem per Nobilem Simonem olim Mathiae Srzednicki
medio donationis coram Actis praesentibus inscriptis et recognitis eiusdem Areae
cunctas utilitates et attinentias iuxta tabiorem continentiam eiusmodi inscri-
ptionis ex libera admissione eiusdem Simonis Srzednicki nemine
alio tam in praefata Area quam hic circa Acta impugnante intromisit
investivit et in possessionem pacificam contulit.

Actum in Curia Regia Bransciensi feria secunda post festo Sanctae Luciae Virginis et Martyris Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Sexto.

Zoltowski Obligatio.

Coram officio et Actis praesentibus Capitanealibus Capitanealibus Bransciensibus comparens
Nobilis Ursula Skrzypkowska relicta olim Nobilis Lucae Wilkowic Boltaw-
ski sana mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobi-
lis Andreas olim Stanislai Alexandrowicz Boltawski eiusque successores Bo-
norum in hereditate Boltawy consistentium Sulcum Unum hyemalem a flu-
violo Jatna ad paludinem Kajna inter metas successorum olim Stanislai
Wilkowicz et sui recognoscentis In alio campo na Miedzylesnem
Sulcum Unum hyemalem a fluviolo Brodowa ad Lapidem in
medio campi iacentem situm inter metas ut supra In tertio campo na Ku-
scanem a via Civili ad Lapidem in medio campi Jaluszewo iacentem

mar mett ut supra. Cum omnibus et singulis utilitatibus fructibus quaecumque attingen.
et pertinen. nullis exceptis in Quatuor sexagenis Polon. ad exemptionem
obligavit et inscripsit. Cui iam ego nunc intromissionem realem cum possessione pacifica
per Nlem et Nles duos offose acceptans dat et admittit. Pacem quoque tuitionem et
evictionem omnimodo occasione quamvis ab omni impedimento undique qua-
ecumque personarum propinquarum et remotarum toto tempore tenutae eius-
modi cavet sub vadio simili aliarum Quatuor sexagenarum Polon. Et
Coram officio praesenti castren. Bransceni. peremptorie ... omnibus iuribus re-
mediis se et suos successores ... abrenunciando.

Zapinski — Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus castren. capitan. Bransceni. personaliter comparens Nlis
Joannes olim Mathiae Holonka Grochowski sanus mente et corpore existens
palam publice ac libere recognovit. Quia sibi Nlis Paulus olim Stani
Zapinski Quinquaginta florenorum Polon. debiti sibi per eum Coram Actis
similibus Suraxen. inscripti exintegro persolvit ideo ipsum quietat et
inscriptionem cassat.

Markowo — Abrenunciatio.

Coram officio et Actis praesentibus castren. capitan. Bransceni. personaliter comparens Nlis
Balthazar olim Petri Grochowski de Grochy Niemierzeta tutor nomine
Nlis Catherinae filiae olim Mathiae Markowski coniugis suae a qua pa-
cem cavet sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit.
Quia sibi et praefatae coniugi suae Nles Bartholomeus Albertus Stephanus
filii olim Mathiae Markowski pro omni et integra dote tam in
paratis pecuniis quam et parapharnalibus cum expeditione compe-
tenti praefatam coniugem suam de bonis Wolka Markowska tangente
concernen. exintegro satisfecerunt ideo ipsos quietat et liberos fa-
cit bonis omnibus paternis et maternis abrenunciat perpetuo.

Markowska — Reformatio.

Coram officio et Actis praesentibus castren. capitan. Bransceni. personaliter comparens
Nlis Balthazar olim Petri Grochowski sanus mente et corpore existens
palam ac libere recognovit. Quia Nli Catherinae filiae olim Mathiae
Markowski coniugi dilectae suae tantae dotis quod dilectae dotis post eam acceptae
et in bona sua importatae in medietate omnium et singulorum bonorum
suorum mobilium et immobilium in hereditate Grochy Niemierzeta et alibi
ubivis consisten. nunc habitorum et in posterum favente Divina clementia
habendorum summam Quadraginta sexagenarum Polon. dotis et ad-
dotalicii Decem florenorum Polon. inscribit reformat et assecurat
dotaliciatque more aliorum dotaliciorum hic in Regno Pol. observan. solito.

Grochowski — Debitum.

Coram officio et Actis praesentibus castren. capitan. Bransceni. personaliter comparentes
Nles Bartholomeus Albertus filii olim Mathiae Markowski
nomine suo et Nlis Stephani Markowski fratris sui germani
quo pacem cavent sani mente et corpore existentes palam ac

libere